

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Defectus in Missa occurrentes**

**[Speyer], um 1483**

De defectibus dispositionis corporis

[urn:nbn:de:bsz:31-86579](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-86579)

**¶** De defectibus dispositionis corporis.

**¶** In concilio tolletano factum fuit preceptum sacerdotibus quod nullus sacerdos post potum cibumque quantumque minimū sumptū missam celebrare presumat et glo. ibidem dicitur quod intelligitur de cibo vel potu post mediam noctem sumpto quia in media nocte incipit dies secundū ecclesiā. et nos videmus esse verum quia tunc incipitur officium diei scilicet matutinū quasi pertineat ad clauem illius diei velut incium.

Dicit etiam sanctus Thomas post sumptionem aque vel alterius potus in quantumque parua quantitate non licet communicare dummodo sumatur per modum cibi vel potus remanentis in ore. sed si casualiter transfusiatur non impedit communicationem quia per modum cibi non accipitur sed per modum salivae que vitari non potest. si autem ante mediam noctem sit assumptus cibus vel potus potest communicare nec refert utrum dormierit vel utrum cibus sit digestus quantum ad rationem precepti refert tamen quantum ad turbacionem mentis. in hoc quod tollitur deuotio.

**¶** De Inmundicia corporali.

**¶** Dicit sanctus Thomas quod cum iste cibus non est corporis sed mentis. ideo in eius sumptione magis est consideranda dispositio mentis quam corporis. Et ideo dicitur quod si immundus